

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Correctio ay  
cum fonte primo

Mundus esse a uiciis debet  
qui aliena corrigere curat;

quatenus tanto perspicacius aliis fugienda uideat,  
quanto hec ipse per scienciam et uitam uerius declinat  
quia nequaquam pure in membro maculam considerat  
oculus quem puluis grauat  
et superiectas sordes tergere non ualent manus  
que lutum tenent.

Gregorius libro VI. moralium.

Mundus in se esse a uitiis debet  
qui curat aliena corrigere,  
ut terrena non cogitet,  
ut desideriiis infimis non succumbat;  
quatenus tanto perspicacius aliis fugienda uideat,  
quanto haec ipse per scientiam et uitam uerius declinat,  
quia nequaquam pure maculam in membro considerat  
oculus quem puluis grauat  
et superiectas sordes tergere non ualent manus  
quae lutum tenent.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 7.36  
(CCSL 143, M. Adriaen ed., p.377, ll.2-9).